Legrand, Jacques: Sophilogium

[s. l.], [um 1453-1455] Seite 29v

omnibus gentiles adheserunt vo
ta quod sua dixerunt deos et for
tunam deam dici non permiserunt
deas quoque aquarum nymphas ap
pellarunt et deos quos in domo
colebant dixerunt penates de
os quoque mortuorum manes nuncupa
uerunt Itaque in suis erroribus
perseuerantes via veritatis ignora
uerunt Rursus posito ut errores
elucidemus nacionibus quos diuisim
ascribamus / a caldeis incipientes
dequibus refert narrator quod caldei deum
nesciuerunt sed elementa et creaturas co
luerunt suos quoque deos custodientes
statuerunt ne a confinibus raperentur
Deum quales dij qui custodierunt cus
todia essent Persarum aut caldeorum
plurimi ignem posuerunt deum
eo quod omnia consumere videretur / sed non
dicta est hec racio primo ridiculosa
quia saltem videre potuerunt quod
ignis ab aqua extinguitur Ceterum
grecorum errorem narramus qui di
centes se sapientes stulti facti sunt
Elegerunt enim inde Saturnum co
mestorem filiorum Iouem cum eos a
dulterum herculem ebriosum Ecce
quales dij Ceterum egipcij ceteris
deteriores animalia bruta coluerunt
ut ouem vitulum hircum et porcum
Coruum Accipitrem vulturem Aq
lam Cocodrillum lupum Symeam
draconem et aspidem Itaque breuiter
occasione cuiuscumque vtilitatis ut ob
sequij sacrificabant ut tangit Tu
lius libro primo de natura deorum

dequibus ysaias 2° facta sunt inquit
simulacra eorum bestijs et iume
ntis et iumentis Ceterum Romani
deos ineptos colebat directes
ope impium sunt dilatati ut tangit
Augustinus 2° de ciuitate dei / cum tamen
gottorum gens ipsos opprimeret ydo
lis iuuare nequientibus solo christi
nomine mediante euadere potuerunt
nec mirum / quia cum dij non essent
iuuare non poterant Crisanthus
ad dariam Quomodo inquit possunt
vobis esse custodes / qui cum non cus
toditi fuerint nocte a canibus vel
furibus rapiuntur Unde Augustinus libro
primo confessionum Nonne ego intel
ligo et tonante et adulter aut
vtique non possit hec duo Verum
gentiles illorum deorum testantur
illecebras in quibus confidunt
Horum tamen fabulis Socrates et plato
non adherentes deum summum et vnum
cognouerunt

## Capitulum quartum quomodo per fidem saluemur

Fides est fundamentum
legis consequentes via
salutis cum fidem quam
plures respuerunt / ideo celestis glorie
plenitudinem non acceperunt Nem
pe fides christianos facit heredes
quam tamen multi respuerunt sicut
romani quondam qui infelices per
fidem factos se putarent Alij vero
fidem quam susceperunt sed ab ea re
cesserunt Et alij fidem quam
susceperunt retinent sed eius opera ne
gligunt Hec aut omnia faci

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0062
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg